

irdoch vnde gegeben haben vnde hoffin, daz er gut vnde nütze sülle sin uwerm closter. Darumbe bitten wir vch mit ganzem flize begernde, daz ir daz gūnet vnde schicket, daz er bestetiget werde, wenne wir keinen andern haben wollin noch gestaten zeu nemen; darumbe tut hiran vnsir bete, doran tut ir vns wol zeudancke. Gesche des nicht, so möchte wir sulche gnade dem closter nicht irzeigen, als wir bi dem probiste getan wolden haben. Geben zeu Dreßden an fritage für allir heiligin tage vnder vnserm secret.

Religiosis viris .. priori totique conventui regularium canonicorum ad sanctum Thomam in Lipczik nobis devotis dilectis.

Nach dem Orig. auf Papier im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit Resten des auf der Rückseite aufgeklebten Siegels.

No. 118. Nach 1362.

Nota dominus Johannes Porsk miles cum fuit advocatus in Lypzk fuit de latere dominorum sancti Thomae regularium in briga quae fuit suborta inter dictos dominos et civitatem in iudicio spirituali et fovit dominos tacite in omnibus et contrariebatur civitati in illa causa in omnibus tacite et in pluribus causis.

Nach dem Stadtbuch fol. 17 im Besitz der Deutschen Gesellschaft zu Leipzig.
Mittheil. d. Deutsch. Gesellsch. I. S. 115.

No. 119. 1366. 17. Sept.

B. Friedrich von Merseburg bestätigt einen zu Beilegung der Irrungen zwischen Probst und Capitel errichteten Vergleich.

Nos Fredericus dei gratia episcopus Mersburgensis recognoscimus et tenore praesentium publice profiteamur, quod constituti coram nobis honorabiles et discreti viri domini Theodericus de Dasla praepositus sancti Sixti, magister Petrus de Wachow^e canonici ecclesiae nostrae Mersburgensis asseruerunt et dixerunt, se amicabiliter concordasse .. praepositum et conventum monasterii sancti Thomae in Lyptzg canonicorum regularium nostrae diocesis in hunc modum: Quod idem .. praepositus et conventus ad invicem debeant esse boni amici et ipse .. praepositus dicto suo conventui debeat assistere consiliis et auxiliis pro posse suo ipseque conventus viceversa idem facere debeat ac eidem praeposito in licitis et honestis humiliter obedire et factis suis rationabilibus consentire. Scripta et notificata de dampnis ecclesiae domino episcopo per dominum .. praepositum facta et reclamaciones debitorum a dominis quiescere debent per spatium unius anni sub tali conditione, quod ipse dominus .. praepositus infra annum eundem a debitis sine consilio et voluntate dominorum per ipsum contractis se debeat exonerare et alienationes ac infeudationes reformare et revocare, quas motu proprio fecit, et ipsi domini debeant sibi assistere auxiliis et consiliis in recipiendo pueros et vendendo praebendas ad vitam ut debita ista solvantur et in quibus possunt sine obligatione et alienatione bonorum mobilium et immobilium ecclesiae, et ipse dominus praepositus promisit, sine consilio et voluntate dominorum nihil agere, specialiter bona immobilia ecclesiae alienando infeudando nec